



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

13. An frater contra fratrem, Filius contra Parentem & Matrem, & Parentes contra Filium accusationem in iudicio deponere valeant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

etiam audeat Pater ideò vendere proprium filium *L. 2. de Patr. qui fil. dist.* quam hodiè cum probitas hominum non ex pecuniis pendeat, si ea & fides in paupere eluceant, bonus Judex non ideò accusationem contemnet. *L. nec ei §. 1. de adoptionibus §. fin. de susp. tut.*

13. Octava ratio rejiciendi accusatorem est status conditio, *L. qui accusare ff. de accus.* ob quam frater fratrem non accusat de graviore & capitali crimine nec soror sororem, nisi propriam injuriam prosequatur, & si de facto id ausus fuerit, exilio punitur *L. si sororem C. qui accus. non poss. L. si magnum eod.* Sanctio hæc humanæ Societatis & amicitie Fraternalis causa conservandæ videtur inducta, quæ maxima est, ut contra dum in inimicitiam degenerat, odium ferè habet implacabile, & domorum & familiarum subruit fundamenta. Intercedit ultra amicitiam & communem vitam in Patre & filio pietas & reverentia, quo fit ut ne filius Patrem accusare possit *cit. L. qui accus. §. fin. de accus.* & inter causas ingritudinis exheredationis legitimæ illa est *§. causas ut cum de appell.*

cog:

cog: in authen: collat: 8. si filius Patrem in
 criminalibus causis accusaverit, vel per
 delationem suam fecerit grave stipedium
 sustinere: & revocatur per Patrem dona-
 tio facta filio tanquam ingrato, si ei ali-
 quod vitæ periculum intulerit, *L. fin. C. de
 revoc: dōat.* quod & in matre locum habet,
 etiamsi ad secundas nuptias transiverit,
Authen: quod mater. C. eod: Et ob officium
 paternum receptum non licere alumno
 eum, apud quem enutritus instar filii est,
 accusare *L. iniquum C. qui accus: non poss:* Ve-
 runtamen non eadem servantur in Patre
 erga filium, imò Pater si velit potest accu-
 sare filium ut contumacem, ut insidian-
 tem morti, si pietas & ratio naturalis non
 revocat animi sui intentionem. *L. propter
 insidias C. qui accus: non poss:* extat & Alex:
 Cæsar: rescriptum in *L. 3. de patr. potest: C.*
 quo pater jure proprio scilicet potestatis po-
 test corrigere filium, eumq; ut contuma-
 cem offerre Præsidi Provinciæ, dicturo
 sententiam, quam ipse pater voluerit, id
 ipsumq; statuerunt Valerianus & Galien.
*L. congruentius de patr. pot. sic Ulp: L. nequic-
 quam. §. de plano offic: procons:* Judicis autem
 offici-

officium in istis paternis delationibus erit
 mitius, quam rigor juris postulet crimen
 punire, ne pater ad supplicium videatur
 filium detulisse & ita carnificis officio
 functus *L. milites agrum. 13. §. fin de milit.*
 alioquin capite puniendus. *L. non omnes §.*
desertor eod. & morte mulctandus. De vi
capite 2.

14. Neq; etiam liberti patronos accu-
 sare possunt *cit. L. qui accus. in fin.* quamvis
 eis de eorum nimia sævitia conqueri apud
 Præfectum Urbis liceat, ut & servis ad-
 versus Dominos *L. 1. §. servus & §. quod*
autem dictum. de offic. Præf. Urbis, Et quam-
 vis crimen læsæ majestatis à servis & liber-
 tis obiici possit Dominis & Patronis *L.*
qui cum natu major. §. si libertus de bon. liber.
 non tamen facilè nec nisi cum aliis con-
 currentibus probationibus *Tholos lib. 32.*
cap. 13. n. 1. & 2. Ratio quia miserrimum
 est, pro cane leonem & viperam domi nu-
 trire & intra penates, ubi asylum ab inju-
 riis inimicorum tutissimum est, à propri-
 is servis, quos fidos putamus, observari &
 invadi *L. 1. ad S. C. Syllan.*

15. Rejiciuntur & aliæ personæ aliis de

cau-